



T. 1. p. 888.

Bernard D. S. Jones


RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS
JOHANNES CHRISTO-
PHORUS *Waldner/*
 J. U. D. & Professor Publicus,
 UNA CUM PROFESSORIBUS COETERIS,
CIVITATI SUÆ S. D.

1678.



76

RECTOR ACADEMIAE JENENSIS
 JOHANNES CHRISTO
 PHORUS *Waldmüller*
 J. U. D. & Professor Publicus
 UNA CUM PROFESSORIBUS COLLEGIIS
 CIVITATIS SUE S. D.



Derebuit nimio perè ac
tempore tam brevi transgressa est Ger-
maniae fines fama mortis SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI
BERNHARDI, DUCIS SAXONIAE, JU-
LIACI, CLIVIAE ET MONTIUM, LAND-
GRAVII DURINGIAE, MARCHIONIS MIS-
NIAE, PRINCIPIS HENNEBERGIAE, COMI-
TIS MARCAE ET RAVENSBURGI, DYNASTAE RAVENSTENII, DO-
mini nostri & Patris Patriae olim indulgentissimi. Conces-
serunt in publicam lugentium formam Regiae hostiles: quan-
tove sui Nominis aestimio frui deberet Princeps, posteritas, in-
ter odia & arma publica anceps, concordibus desideriiis, solâ
jam virtutum subeunte memoriâ, testari cepit. Magnitudo
ista ut admirationem, praesertim eorum qui rectis judiciis as-
sequuntur, sustineat, & flammæ inexhaustæ ingenio alat,
non una Generis regii celsitudo praestat, illave DD. Parentis
& Patruorum claritas, Solis utramque domum à tot retro se-
culis pervagata: nec Potentia & Fastigium Principis, cujus
mortales saepius fortunam quàm vim probabilem colunt.
Tantò minus sibi vindicent adulatoriæ, perpetuum malum
imperantium, voces; aut emta declamantium elogia, & fal-
sa metu speque suffragatio, in honores superstitem & functo-
rum fato suo ambitiosa, ut Claudianam *Ὀμοφρονισμὸν* machinen-
tur. Veris enim virtutibus mirabilem Heroem Nostrum
viguisse constat, & arte quadam in ostentationem earum de-
centissimam compositum; qualem Livius & Polybius &
Plutarchus proponit Africanum suum. Sive Corporis ha-
bitum spectaretis, digna imperio, potens in amorem sui cul-
tumque eminentem species inerat. Sive motuum, cum pe-
des, cum eques, seridò, & inter lulum oblectamenta, tristis,
hilaris, medius pateret, gratiam caperetis; & Voces, & Sen-
sâ animi, miti gravitate profluens eloquium temperante; &
actiones singulas, ubi convivator, hospes, peregrinator, pa-
terfamilias, filius, maritus, parens, Princeps, Christianus, aliis-
que officiis quæ innumera Virum bonum nedum Princi-
pem tantum absolvunt, noscebatur, vim, modumve & exi-

tus omnes, quantum instar in hoc esset, vulgus stupebat, prudentes venerabantur, & beatos cives, in quos tam perfectum Imperantis exemplum caelo demissum sit, praedicabant. Certè cum perpetuitas boni faustissima alluceret in Prole & primâ, D. WILHELMO, quem vero *D. 13. August. anno c13 l3c LXIV.* natum, amisimus *D. 21. Jun. biennii infecuti;* & alterâ D. BERNHARDO, cujus in *D. 8. Nov. Anni c13 l3c LXVII.* Natalia, atra dies *April. 26. anni proximi LXVIII.* obscuravit, & tertiâ CHARLOTTA MARIA, quartave, JOHANNE WILHELMO, quorum prior *D. 20. Decembr. Anni LXIX.* posterior *D. 28. Mart. Palmarum Festo sacrâ, anni LXXV.* felicissimè edi & haëtenus, Dei munere eximio, vigere & crescere visi. Tanto provincialium gaudio, ut Matri Optimæ, Serenissimæ Dominæ MARIÆ, Tremolliaë Domûs Stellæ lucidissimæ, è Connubio quod Lute-tiæ Parisiorum *D. 20. Jun. anni M DC LXII.* feliciter coaluit, pulcherrimo tot foecunditatis & felicitatis publicæ pignora non nisi æternis fidelium civium obsequiis, per vota vitæ, salutis, gratiarumve quarumcunque seria sanctaque, sese luere posse humillime profiteantur. Ac Princeps pari ad prospera adversaque constantiâ augebat splendorem, quo sub ipsum Statûs compositi initium inclarescebat. Ut regia nostra redderet quam ad sua tempora in Theodorico Ostrogothorum R. Sidonius Apollinaris *Lib. 1. Epist. ad Agricol.* pingit, *elegantiam Græcam, abundantiam Gallicam, celeritatem Italicam, publicam pompam, privatam diligentiam, regiam disciplinam.* Hæc facies & perstrinxit magnates Germanæ diversæque nationis, & traxit ut certatim adire, tantique decoris delicio plenius patci optarent. Simul Jena, antehac mediâ hospitem illustrium copiâ sibi dispensatâ ovans ad summum nominis & fortunæ fastigium, inter celebres humanis opibus urbes, promoveri visa est, ab illo tempore quo optimus Princeps, ceu Sol, in cælum hoc introire & sedem vitæ publicæ unicam ponere cepit: cujus vel sola ædificiorum locorumque imago, tantoperè mutata, ac verè è lutæa in marmoream transdita, testis idonea habebitur. Nisi majora multò occurrerent; & quem sese Dux noster tulisset ad egregium publicum perornandum, omnis ordo,

do, ætasque loqueretur. Non ille intra palatium condi, alienisve oculis auribusque, manu vicariâ, corde mutuatio hominem ac principem agere patiens. Quin imò generosus animus, institutis & exemplis Paternis dudum excitator, prodire in lucem, cognoscere ante multorum mores hominum & urbes, Germaniâ, Galliâ, Belgioque omni perlustratis, ingenio Principum plerorumque perspecto & conciliatis sibi animis, quorum primores, Cæsares Ferdinandus III. & Leopoldus AA. ac Galliarum Rex Ludovicus XIV. suis spectatoribus stupendi argumentum celebre; ubi res poscebat, Ipse tum adesse, pandere affectum, consilio, ope, operaque promptâ anniti, ut fines tutos, agros florentes, urbes opulentas, cives moribus, artibus & ornamentis vitæ præcipuis præstantes redhiberet. Sic nemo hostilem fumum, nemo famem, morbos & alia epidemici mali portenta exhorruit. Ad nos eaque nisi tenuis famæ lugubrium perlapsa aura est, raræque alienarum cladum imagines comparuerunt, ad unam miserandi juvandique gloriam. Quæ peculiari *Vita Principis compendio in lucem edito* delineata, partitim exequi nec finit rerum amplitudo, nec exigit conscientia publica, propiore invidiæ metu quàm defectu exemplorum in vota aliena lætabilium. Quis enim favor, quæ sollicitudo in Ecclesiam, in studia liberalia, in calamitosam innocentiam quanta bonitas? Perferat istud sacra facundia; & illud Academia hæc maturâ gratitudine contestetur; qualem agnoverint Divum Bernhardum in honesta ingenia, in operas docentium, in discipulorum conatus; ut fovet auxeritque enixè; suæque mentis acerrimam vim, animi indulgentiam, præsentia augustam speciem expetentibus accommodantem nulla tædia vicerint, nulla negotia averterint, nulla osorum & contemptorum corruptio, nec importunitas juventutis voluptatibus alicubi abreptæ, mitem ac veniæ facilem alienarit. Nam & convenis ac hospitibus coram venerantibus comitas obvia, patens desiderii concessis clementia, & sponte ambire amans ingenia benignitas incendit industriam, cujus æstimum a censore & remuneratore tam optato in promptu sciretur.

Jam igitur viduata tanto patrono ac benefactore Academia, in quem doloris acerbissimi vultum non concitabitur?

ut expirare cum Isto moriente, ut contabescere in corpore Principis, ac eodem feretro efferri obruique videbitur? Enim vero pene sera spes est Solem occiduo similem in hoc caelo effulsum, & per ardua opera reparandi amissum studiorum praesidium ac decus tam dulce. Longa dies, & vicissitudo rerum multa levarent forte ac involverint sensum nostrorum damnorum, vix unquam sustulerint. Est cuius mortali praesertim imperantibus dos sua, & quo exquisitor, eò rarior, deficientibus vitiis, virtutum civilium concursus. Noster, nulli non aetati ordinique & ingenio quod ex se laetum obveniret, vix unquam desideravit; devotio in sacra, justitia praesentaria, comitas in amicos, mansuetudo in offendentes; visuque & auditu juxta venerabilis, cum magnitudinem & gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam & arrogantiam effugerat. Funus igitur vel sine pompa & imaginibus, per laudes & memoriam virtutum ejus celebre erit: quamvis Provinciae in viventem fides, caritate crepti adeo certet, ut Persicam in Dominos religionem superet, verque hoc ex anno sublatum temporum suorum fortunis residuis contumulare rectissime contendat. Coeterum nulli mortalium justius in officium Pietatis tale enitentur quam Nostra hæc Academia; cujus Ordinibus *prescriptum* à Serenissimo Domino Duce JOHANNE ERNESTO, Tutore Pupillorum, ac altero Parente, Domino nostro clementissimo, *tenorem Exequiarum* heic explicari convenit. Scilicet hoc *Vespere, Horâ IX.* universi Cives Academici in *area Arcis* congregantur habitu, quibus fortuna non negarit, atrato; adstanto suo loco taciti ac decorâ modestiâ; donec *Horâ X.* procedetur ad *Templum Oppidanum*, ad cuius *portam superiorem* via disposito milite muniatur ut liber Pompæ incessus sit. Illuc Corpus, Animæ illustrissimæ tam olim decorum hospitium, devehetur, deducentibus Domûs Augustæ Heredibus ac Cognatis Celsissimis cum omni suo comitatu Aulico: *Secundum* agmen instruet Academia, Professorum, Doctorum, Civiumque, quorum qui Studiosi habentur, seriatim speciosa concinnitate bini succedere meminerint. *Claudent* cœtum Senatus & Cives oppidani. Templum non ante, quam Funus Domini portâ indicatâ illatum fuerit, ab ullo homine pro-

proprio ausu intrabitur. Intrato verò ordine, & Conditório depositum suum recipiente, *Oratio Funebris* recitabitur. *Proximo Veneris Die*, post solitos Campanarum pulsus, *Horâ I.* Sacrum publicè fiet, quo ad Concionem Exequialem Plurimum Reverendi & Excellentissimi DN. M. THEOPHILI COLERI, Pastoris & Superintendentis Generalis, & Consistorii Adessoris gravissimi, singuli contendunt suisque sedilibus distingvent sese, auditum & meditatum hæc novissima, tantisper donec canticis Christianæ *αιναλώσεως* præconibus absolventur. *Die demum Baptistæ Sacro Horâ II.* Vir Plurimum reverendus & Excellentissimus DN. PHILIPPUS MÜLLERUS, SS. Theol. D. Ejusdem & Eloquent. & Poët. P. P. Academiae nomine, *in Æde Collegii* verba faciet; quo ad solitum signum ut conveniatis, monitore opus non fuerit. Id jam edicere in rem præsentem magnoperè est, ne quisquam Vestrum, nisi placidè, concinnè ac ritu decente gerat sese, nec perumpere ordinem, occupare templi aditus, concurrere, & loquacitate ac turbâ ullâ confundere gravissimum negotium occipiat: Suo magno malo faciet quisquis tentaverit: & ipsa verò rei tristissimæ indoles silentium quietemve postulat; ac præsentia Principum augusta exquisitam compositi moris civilitatem meretur, simul ut pateat quàm diverso à vulgi sæce suiq; officii gnaro cive Academia excellat. Facturos omnia è præscripto nil dubitamus, affectos sensu publici mali, & gemebundos Nobiscum velut in domesticis mortibus suorum; dum humanarum rerum vices cogitantur, ac DEI Opt. Max. voluntas in regum principumque statu oriente & occiduo reverenter cognoscitur. En enim Principem, qui à Divo WILHELMO, ceu *Cordis Patrii dimidium*, Nobis petentibus olim ac *D. XXIV. Februar. Anni M. DC. LIV.* tam indulgenter commissus, illustriq; ingenio adolescens adolescentiam Studiosam societate perpulchrâ humanissimè tueri, certare industriâ, sollertiæque fortis documenta, ante annos animosque gerens curasque viriles, RECTOR MAGNIFICENTISSIMUS edere gaudebat; qui & altero Divinæ Providentiæ specimine Noftris rebus *Anno M. DC. LXII.* Dux, Dominus & Pater est concessus, ut tam gratæ & sibi pridem familiaris Academiae sacra auspicio proprio regeret, comple-

eretur curâ, sapientiâ & bonitate insitâ ad summum gloriæ
proveheret; hunc in medio vitæ florentissimæ cursu, febris
ardentis depalcente violentiâ, quàm sibi peroptatò æternita-
tis beatæ imperio potitum, tam Domui Celsissimæ, Nobis &
Urbi, ditionibus subditis, Ecclesiæ, Reipublicæ, Bonis Arti-
bus & Virtutum Integritati *D. III. Maji, Horâ VII.* vix dum
quadragesimo vitæ anno, cui publico plausu *Die Nat ali Fe-*
bruarii XXI. litaveramus, majorem immaturimè & luctuo-
sissimè ereptum! Moverint omninò hæc Divinitatis arbitria
vel profanum pectus, ut in se descendat, & salutis publicæ
vim gratiæ cœlesti calentiore studio commendet. Atque
hi nostrorum votorum æstus est & præsens contentio; ut
Spes unica patriæ, Serenissimus JOHANNES WILHEL-
MUS, pietate, sapientia rerum humanarum, moribus & cul-
tu tantos natales decorante, è Patruorum spirantibus imita-
mentis, præclarè patrisset, parique an majore fortunâ deside-
ria publica salvus & incolumis, ad seram sui sanguinis ac glo-
riæ posteritatem propaget! Digna etiam Virgini electissi-
mæ, Celsissimæ CHARLOTTÆ MARIÆ, dotium indies
inclarescentium felicitas augetur, ut Disgenita ac genitura
Deos, Matrem Serenissimam, cui Solatia pura, & Sacrosancti
Numinis divini radios ad dispellendam mœroris justissimi
nebulam, in corporis novum florem & fausta temporum
procedentium eventa demissè apprecamur, Nepotum & Ne-
ptium debitis deliciis plenissimè beet. Nos, dum hos rei-
publicæ oculos ac vera humanæ perfectionis exempla & mi-
rari & radiantes sequi licuerit, nec viduam penitus gratiâ su-
pernâ Academiam, nec patriam communem parente ac tu-
tore suo orbam existimabimus; ut vota nostra cum Princi-
pum ætate convalescant, & adulta spei diutinæ felicitas
BERNHARDUM ingenio, animis & bonitate gloriosâ de-
siderabilem, in JOHANNE WILHELMO, velut altero
Academiæ Conditore, tum demum sibi redditum com-
plectatur. *P. P. sub Sigill. Academ. D. XX. Jun. Anno*
Gratia Christianæ c/o hoc LXXII.

Ms 2584

40

ULB Halle

3

004 969 014




VD 17

M. C.





tus omnes, quantum instar in hoc esset, vulgus stupebat, pru-
 dentes venerabantur, & Imperantis exemplum
 te cum perpetuitas boni
mā, D. WILHELMO
loc LXIV. natum, ami
alterā D. BERNHARDI
LXVII. Natalia, atra d
 obscuravit, & *tertiā* C
 JOHANNE WILHE
Anni LXIX. postero
crā, anni LXXV. feli
 eximio, vigere & cresc
 dio, ut Matri Optimæ
 mollia Domus Stellæ
 tiæ Parisiorum *D. 20.*
 luit, pulcherrimo tot
 gnora non nisi æternis
 vitæ, salutis, gratiarum
 se luere posse humillit
 prospera adversaque
 sub ipsum Statu com
 gia nostra redderet c
 Ostrogothorum R. S
Agricol. pingit, elega
cam, celeritatem Ita
diligentiam, regiam
 magnates Germanæ
 tim adire, tanti que de
 mul Jena, antehac
 dispensatā ovans ad su
 inter celebres human
 illo tempore quo opt
 introire & sedem vitæ
 vel sola ædificiorum
 ac verè è lutea in marr
 tur. Nisi majora mu
 ster tulisset ad egregiu



fectum
 nt. Cer-
 e & pri-
 anno clo
 uti; &
 i clo loc
 XVIII.
 artave,
 decembr.
 Festo sa-
 munere
 m gau-
 Æ, Tre-
 od Lute-
 iter coa-
 blicæ pi-
 per vota
 aque, le-
 s pari ad
 m, quo
 Ut re-
 odorico
 Epist. ad
 m Galli-
 vivat am
 erstrinxit
 ut certa-
 rent. Si-
 opiâ sibi
 stigium,
 isa est, ab
 lum hoc
 it: cujus
 è mutata,
 a habebi-
 Dux no-
 omnis or-
 do,